



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -  
Cum Indicibus

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1674**

Cap. XI. Ad cap. 3. & 4. de Fil. Presbyt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10241**

## CAP. XI.

Ad cap. 3. &amp; 4. x. de Fil. Presbyt.

## S U M M A R I A.

- |                               |   |
|-------------------------------|---|
| 1. Capitulum 3. unde?         | 3. Capitulum 4. pars capituli; Meminimus. Qui cler. |
| 2. Scriptum Wigorn. episcopo. | 4. Plenius exhibetur.                               |

Capitulum  
3. unde?  
Scriptum  
Wigorn.  
Episcopo.

**C**apitulum III. est pars cap. Inter cetera de cler. conjug. in 1. compilatione, ut notat Alanus ad illam, & disertè præscribit compilatio. I. Et est ibi cap. 4. Rescriptum autem est ad Episcopum Wigorniensem, ut notat Anton. Augustinus. Vigornia urbs episcopalis Angliæ Worcester sub Archiepiscopo Cantuariensi, ut alibi dixi.

Capitul. 4.  
pars capi-  
tuli;  
Meminimus.  
Qui cler.  
Plenius ex-  
hibetur.

Capit. 4. est pars cap. *meminimus. Qui clerici vel vov.* à Contio plenius quam à Raymundo editum. Adde cap. 9. de Appellat. Ita incipit in 1. collectione: *Conquerente nobis Milone Clerico auribus nostris innotuit, quod cum R. Presbyter Ecclesiam B. Mariae de Vic. (In Concil. parte. 19. cap. 1. de Wicun. Contius & Raymundus de Unig.) tanquam persona diutius habuisset, & post mortem ejus M. à Ricardo Pasecorde (Raymundus, pro Pasecorde, posuit, possessori. In concil. post mortem ejus idem Milo à Ricardo Paciford.) domino fundi fuisset presentatus R. filius ejus presbyteri &c. Reliqua ut apud Raymundum. In fine autem adduntur hæc, à Contio & Raymundo omissa. Et memoratum M. si tibi ad ipsam Ecclesiam fuerit presentatus ab eo, ad quem representatio spectare dignoscitur, ibi, dummodo alius idoneus sit, contra. & ap. cess. (contradictore & appellatione cessante) non post ponas recipere, ipsumq; facias predictam quiete possidere Ecclesiam.*

## CAP. XII.

Ad cap. V. &amp; VI. eod. tit.

## S U M M A R I A.

- |                                      |                              |
|--------------------------------------|------------------------------|
| 1. Capitulum 5. ad quem?             | 4. Attitulare, quid verbi?   |
| 2. Ad Londinensem.                   | 5. Capituli 6. varia lectio. |
| 3. Capella S. Laurent. de Novoburgo. | Est                          |